



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

II. Stante templo secundo Messiam venturum esse prisci Ebraei  
crediderunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

siz, quid R. Bechai, quid R. Saadias, quid is quem proxime laudavi R. Selomoh Jarchi, quid R. Levi ben Gherson, quid R. Abraham Hannafi, quid R. Moses Gerundenfis, quid Abrabaniel fenserint, quid & in libro Zohar proditum sit; ex quorum rationibus sequitur, jam id tempus esse elapsum. Quocirca in eodem libro Sanhedrin venisse quidem Messiam aiunt de verporum grege nonnulli, at Romæ inter agros lepris laborantes latitare: (nam ex his Isaia: verbis: *Et nos putavimus eum quasi leprosum*, nomen ipsi Leproso esse fingunt: ) ratum vero tempus, quo ex his latebris emerfurus sit, non assignant. Quidam inter horti Eden delicias ævum agitare volunt cum Elia, à quo ungendus sit olim lætitiæ oleo, cum ad muneris sui administratio- nem foras prodibit. Nam quamvis Messia: adventum negare per Judaicas leges fas non sit, ejus tamen tempus non ex Scripturæ sacræ prædictionibus, sed ex Cabala tantum cognosci posse censent. Verum egregie refelluntur hæc commenta ex Daniele ipso, qui post hebdomâdes septuaginta duas occisum iri Christum pronuntiat; & paulo post desitutum sacrificium & hostiam. Jam ante ergo venerat Christus, & fuerat trucidatus, ac pactum Dei cum hominibus confirmaverat, omnibusque officiis & muniis fuerat defunctus, quibus explendis missus erat & promissus.

Stante Tem-  
plo secundo  
Messiam ven-  
turum esse  
prisca Ebraei  
crediderunt.  
Tharg. Cant.  
7. & 8.  
Agg. 2. 7. 8.  
Thalm. Hier.  
Cod. Maccob.  
cap. 11.  
Thalm. Bab.  
in Joma, cap. 1.  
R. Sa. Jarchi.  
& R. D. av  
Kimch, in  
Agg. 1. 7.  
Seph. Aem.  
cap. 4.  
Agg. 2. 4.

Mal. 3. 1.

Jerem. 30. 18,  
& seq.

Alta pace  
per totum or-  
bem vigente  
nasci debuit  
Christus.  
Isa. 54. 7.  
Isa. 54. 4. & 11.  
6. & 40. 3.  
Zach. 3. 8, 10.

II. Constabat præterea apud plerosque è veteribus Magistris, stante Templo se- cundo vel venturum fuisse Christum, vel venisse. Testis Cantici Canticorum Thar- gumista; testis & Echa Rabbathi, & sæpius jam memoratus liber Sanhedrin, capite ultimo, qui in hunc sensum traxisse R. Akibam narrat celeberrimam vaticinationem Aggæi, in qua Deus ea spe Zorobabelem & Jesum Josefeci filium solatur, ut cum venerit *Desideratus cunctis gentibus*, Templum tanta gloria completurus sit, ut prioris Templi gloriam superet. Atqui res quinque enumerat Thalmudici Doctores, quibus Templum prius posteriori antecelluit, Urim & Thummim, Arcam, Ignem, Oleum unctionis, (pro quo liber Thalmudicus Joma, Jarchi, & Kimchi, præsentiam Dei ponunt) & Spiritum sanctum. Adjicit Sepher Aemana & Laminam auream, in Pon- tificis fronte gestari solitam. Adjicit & multa Abrabaniel prioris Templi decora, quæ in secundo desiderabantur. Adde & prioris magnificentiam, qua posterius tanto post se intervallo reliquit, ut qui illud viderant, cum secundum aspicerent, à lachrymis temperare non possent. Unde Aggæus: *Quis in vobis est devotissimus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?* Gloria igitur Templo secundo promissa, per eum concilianda ipsi erat qui à cunctis gentibus desiderabatur, & erat expectatio gentium, Messiam vide- licet, tum cum loco huic pacem erat daturus. Aggæum minifice illustrat Malachias, cum ait: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam: & statim veniet ad Templum suum Dominator quem vos queritis, & Angelus Testamenti quem vos vultis.* Dominatorem enim hunc esse Messiam palam agnoscunt Ebraei, ut supra do- cuimus. Quod per Aggæum spondet Deus, idem jam ante per Jeremiam fuerat lu- culentis verbis pollicitus: *Hæc dicit Dominus, Ecce ego convertam conversionem taberna- culorum Jacob, & tectis ejus miserebor, & edificabitur civitas in excelso suo, & Templum juxta ordinem suum fundabitur . . . . . Et erit dux ejus ex eo, & princeps de medio ejus producet: & applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi? ait Dominus. Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* Hæc in Messiam congruere docet Jonathan, docet & R. Jehuda in libro San- hedrin.

III. Clarissimam quoque adventus Christi notam præmonstravit Deus, cum fu- turum prædixit ut *Oriatur in diebus ejus justitia & abundantia pacis*; ut gladii consen- tur in vomeres, ut habitet lupus cum agno, ut deprimantur montes; ut complanen- tur valles, & scabra ac prærupta terrarum exæquentur, ut amici curis omnibus soluti sub ramis arborum conveniant. Quibus læta pax, summaque tranquillitas significatur. Atque hæc partim *וְשָׁלוֹם*, partim *וְרַחֲמֵי* interpretanda sunt. Ac priore qui- dem modo sumsisse ea videtur Jonathan in Thargum. Nam cum initium undecimi capitis Isaia: allegorice intelligendum esse docuerit, sequentia similiter interpretatum esse credi par est. Jonathanem affectatur R. Selomoh Jarchi, affectantur & alii. Sumfit quoque hæc allegorice R. David Kimchi: sumfit & Maimonides in Jad Chazacah; popularesque suos luculenter refellit, qui lupum inter & agnum futuras Messia venien- te inducias, aliasque rerum vices stolidissime imaginati sunt; cum Israelitarum, in nefariorum & impiorum hominum colluvie, securitas tantum & tranquillitas promit- tantur. Nos gentium vocationem hic præmonstratam censemus, quæ superbia & mo- rum feritate deposita, mansuetæ doctrina Christi Jesu, & ad ejus obsequium ac fidem traductæ sunt. Insignis enim hic est & prope singularis Christi Jesu, ipsius- que sectatorum character, mansuetudo ac lenitas; cujus præcisi Michæas, non pacis